PARS III.

DE INSTRVMENTO HERMENEVTICO EIVSQVE LEGITIMO VSV

CAP. I.

De libris N. T. eorumque αὐθεντία, integritate, diſtinctionibus etc.

§ 1.

Libros N. T. auctores habere eos, quorum nomina praeferunt, de plerisque ita conſentientis antiquitatis auctoritate traditum tenemus, vt de nullius alius libri antiqui auctore certius conſtet. Nec habent, quod iuſtam ſuſpicionem faciat, alia, quam qua creduntur, aetate, aut ab aliis, aut ſaltem non θεοπνεύςοις hominibus ſcriptos eſſe.[b])

b) Atque de hac θεοπνευςία vtinam et ipſe hic breuiter egiſſet auctor! Neque enim huius notitia bonus interpres carere poteſt. Quam ipſe hac de re propoſuit ſententiam (Nov. Bibl. Theol. T. III. p. 468.) confirmatam videas ab *Hegelmaiero* Comment. de θεοπνευςία Tubing. 1784. Sed con-